Qui has tibi tradit, etiam poposcit litteras, quod sic tibi impensius se probandum existimaret, Vir nobilissime. Ego autem cum aequissima eius desideria tibi curae, et infucatas virtutes satis cognitas esse intelligerem, ab ipso illo petij, ut mihi redderet apud te officium, quod exigebat, et me totum, ac mea omnia, qualiacunque tandem sint, velut mancipia tua, tibi offerret. Quod et manu meâ nunc testor, quo plus apud te fidei inveniat; et breviter, ne peccem in tot tuas occupationes. Vale, Vir illustris, et me, ac hunc mei in te cultus interpretem, amare et fovere perge. Lugd. Bat. X. Febr. CIↃIↃCXLII.

ACAD.
LUGD.BAT.
BIBL.

Illustri nomini tuo

dicatissimus

Marcus Zuerius Boxhornius.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 10
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2890b

Illustri Viro,

CONSTANTINO HUGENIO,

Equiti, Zuylichemi Domino, Celsissimo
Principi Auriaco à consilijs et secretis.

Hagam.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 10
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2890b